

Garamates matrimoniorum exortes, passim cum feminis degunt. Augyle inferos tantum colunt. Gampantes nudi, praeiorumque; expertes, nulli externo cogregantur. Blemmyis traduntur capita abesse, ore et oculis pectori affixis. Satyris praeter figuram nihil moris humani. Aegyptum qualis vulgo pingitur forma. Himantopodes loripedes quidam, quibus serpendo ingredi natura est. Pharusi quondam Persae, comites fuisse dicuntur Herculis ad Hesperidas tendentis. Nec de Africa plura quae memorentur, occurrunt.

De Asia.

CAP. IX.

Adharet Asia, qua patere a Canopico ostio ad poti ostium Timosthenes xxvi. xxxvii. M. pass. tradidit. ab ore autem Ponti ad os Meotis Eratosthenes xv. xlv. M. pass. Vniuersam vero cum Aegypto ad Tanain Artemidorus et Isidorus, lxxxvii. M. pass. Maria eius coplura ab accolis traxere nomina, quare simul indicabuntur. Proxima Africa incolitur Aegyptus, introrsus ad meridiem recedens: donec a tergo praetendantur Aethiopes. Inferiore eius parte Nilus, dextra laevaque; diuisus amplexu suo determinat, Canopico ostio ab Africa, ab Asia Pelusia eo clxx. M. pass. interuallo. Quam ob causam inter insulas quidam Aegyptum retulere, ita se findere Nilo, ut triquetra terra figuram efficiat. Ideo multi Graeca littera uocabulo, Delta appellauere Aegyptum. Mensura ab unitate aluei, unde se primum findit in latera, ad Canopicum ostium cclvi. M. ad Pelusiacum cclvi. M. est. Summa pars contermina Aethiopiae, Thebais uocatur. Diuiditur in praefecturas oppidorum, quas nomos uocant, Ombiten, Phatniten, Apollopoliten, Hermonthiten, Thiniten, Phanturiten, Coptiten, Tentiriten, Diospoliten, Antaeopoliten, Aphroditopoliten, Lycopoliten. Quae iuxta Pelusium est regio, nomos habet, Pharbaiten, Bubastiten, Sethroiten, Taniten. Reliqua autem Arabicum, Ammoniacum tendentem ad Ammonis Iouis oraculum, Oxyrynchiten, Leontopoliten, Atharrabiten, Cynopoliten, Hermopoliten, Xoiten, Mendesium, Sebenniten, Capastiten, Latopoliten, Helopoliten, Profopiten, Panopoliten, Thermopoliten, Busriten, Onuphiten, Saiten, Ptenethu, Ptemphu, Naucratis, Nitriten, Gynaecopoliten, Menelaiten, Alexandriae regione. Item Libya Mareotis, Heracleopoliten est in insula Nili, longa pass. l. M. in qua et oppidum Herculis appellatum. Arsinoita duo sunt, hi et Memphites, usque summum Delta perueniunt, Cui sunt contermini ex Africa duo Oasitae. Quidam ex his aliqua nomina permutant, et substituunt alios nomos, ut Heroopoliten, Crocodilopoliten. Inter Arsinoiten autem ac Memphitem lacus fuit, circuitu ccl. M. pass. aut ut Mutianus tradit, ccccl. M. et altitudinis l. pass. manu factus, a rege qui fecerat Maeridis appellatus. Inde lxxii. M. pass. abest Memphis, quondam arx Aegypti regum: unde ad Ammonis oraculum xii. dierum iter est, ad scissuram autem Nili, quod appellauimus Delta, xv. M. pass. Nilus incertis ortus

fontibus, id per desertam et ardentiam et immenso longitudinis spatio ambulans, famaque tantum inermi quasi situ cognitus sine bellis, quae ceteras omnes terras inuenere, originem (ut Iuba rex potuit exquirere) in monte inferioris Mauritaniae non procul oceano habet, lacu protinus stagnante, quem uocant Nilidem. Ibi pisces reperiuntur alabetae, coracini, siluri, crocodilus quoque. Inde ob argumentum hoc Nili ortus creditus, Casasarea in Iseo dicatus ab eo spectatur hodie. Praeterea obseruatum est, prout in Mauritania niues imbresue satiauerint, ita Nilum incrementum. Ex hoc lacu profusus indignatur fluere per arenosa et squalentia, conditque; se aliquot dierum itinere. Mox alio lacu maiore, in Casariensis Mauritaniae gente Massasylum erumpit, et horum caetus ueluti circumspicit, isdem autem alium argumentum iterum arenis receptus conditur rursus xx. dierum desertis ad proximos Aethiopas: atque ubi iterum senserit horum, profilit fonte (ut uerisimile est) illo quem Nigrin uocauerunt. Inde Africam ab Aethiopia disspescens, etiam si non protinus populis, feris tamen et beluis frequens, sylvarumque opifex, medios Aethiopas secat, cognominatus Astapus, quod illarum gentium lingua significat aquam e tenebris profluentem. Insulas ita innumeras spargit, quasdamque; tam uastae magnitudinis, quamque; rapida celeritate, ut tamen dierum v. cursu non breuiore transuolet: circa clarissimam earum Meroen, Astabores lauo alueo dictus, hoc est, ramus aquae uenientis e tenebris: dextero uero Astusapes, quod latentis significationem adiicit: Nec ante Nilus, quam se totum aquis concordibus rursus iunxit, sic quoque; etiamnum Siris ut ante nominatus per aliquot milia, et in totum Homero Aegyptus, aliisque; Triton. Subinde insulis impactus, totidem incitatus irritamentis, postremo inclusus montibus, nec alibi torrentior, uentus aquis properantibus ad locum Aethiopyum, qui Catadupi uocantur, nouissimo cataraete inter occurrentes scopulos non fluere immenso fragore creditur, sed ruere. Postea lenis et contractis aquis, domitaque; uolentia, aliquid et spatio fessus, multis quamuis faucibus in Aegyptum mare se euomit. Certis tamen diebus auctu magno per totam spatiatum Aegyptum, saecundus innatat terra. Causas huius incrementi varias prodidere, sed maxime probabiles, et estiarum eo tempore ex aduerso flantium repercussum, ultro in ora aethio mari, aut imbres Aethiopiae aestiuos, isdem et estiarum nubila illo ferentibus e reliquo orbe. Timaeus mathematicus occultam protulit rationem. Phialam appellari fontem eius, mergique; in cuniculos ipsum amnem, uapore anbelantem fumidis cautibus ubi conditur. Verum sole per eos dies cominus facto, extrahi ardoris vi et suspensum abundare, ac ne deuoretur abscondi. Id euenire a canis ortu, per introitum solis in leonem, contra perpendicularum fontis sidere stante, cum in eo tractu absumatur umbra: Plerisque; e diuerso opinatis largiorem fluere, ad septentrionem sole discedente, quod in cancro et leone euenit. Ideoque; tunc minus siccari. Rursus